



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 4. Immeritò culpatur Manductio, quòd à recenter conversis exigat, ut
desinant commodè & delitiosè vivere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

rus: *Satis delicatè se palpat, qui vult sine labore vitia superare, dum peccati legem quam sibi deserviendo vitiis fecit, sine violentia doloris recare non possit?* Lib. 2. sev. c. 32. num. 3. Pluribus id ac pulchrè lib. 4. de adorat. profequitur S. Cyrillus Alex. exiguis laboribus hanc rem non perfici omninò asseverans, neque ullo modo ab iis qui remissiozem vitam ac voluptuosam amplectuntur.

§. IV.

Immeritò culpatur Manuductio, quòd à recentèr conversis exigat, ut desinant commodè & delitiosè vivere.

Immèritò proindè dicit Appendix num. 265. *Si ergo peccator doleat de prateritis peccatis, & de cæterò proponat servare mandata, licèt commodè vivat, & nullas alias mortificationes exerceat, quàm illas ad quas obligatur ex præcepto Ecclesiæ vel vi sui status, verè est conversus. Hæc dicens opponit se Manuductio, quæ delicatulos illos debitè negat esse conversos, quibus licèt peccatum utcumque displiceat, ac vitæ placeat innocentia, animæ justitia, atque in eâ perseverantia; tamen delitiosæ aut desidiosæ vitæ assueti, nondum sese quemadmodum oportet, resolvunt ut recidivum* ca-

teriora
titur,
m verò
bore ad
est, in
portam
intrare
ingusta
, quia
adi non
a revo-
maxi-
muni
genitæ
am ex
nimus
& plu-
git in
oc for-
nimam
i opus
e se ab
uo co-
ona in
ac ma-
Cui
t, &
Isido-
rus:

caveant, servantque justitiam, contendere, laborare, orare. Rectè id asserit Manuctio, sed non rectè reprehendit Appendix; sufficere asseverans quod peccator doleat de præteritis peccatis, & de cætero proponat servare mandata. Cujusmodi enim hîc intelligit propositum? si verum & absolutum; illud nemo habet, nisi qui ad servanda mandata, quorum unum est vitare relapsum, necessaria sibi media velit assumere. Hæc media sunt: contendere intrare per angustam portam, mortificare membra sua quæ sunt super terram, crucifigere carnem suam, cum vitiis & concupiscentiis: si dexter nos oculus aut manus scandalizet, eandem abscindere & à nobis projicere: denique in omnibus sollicitum ambulare cum Deo. Ad ista nisi mentis intentio ferveat, ut supra dicebat Gregorius, *unda mundi non vincitur, per quam semper anima ad ima revocatur.* Et ante ipsum

*Hom. 22.
in Gen.*

Chrysothomus: *Dum adhuc tempus habemus, omnem deponentes ignaviam virtutem amemus, peccatum odio habeamus: nisi enim & ad istam amore & desiderio quodam immenso nos contulerimus, & ignaviam valde oderimus: neque hujus damnum effugere, neque illam amplexari poterimus.* Et iterum: *Magno studio*
celesti

*Hom. 70.
in Matth.*

cæleste regnum rapiamus. Nemo enim, nemo, inquam, desidia corruptus illuc introire poterit. Ille est modus mandatis Dei perseveranter servandis necessarius, quem proindè acceptat quisquis de cætero Dei obsequi mandatis veraciter proponit. Hujusmodi si intelligeret Appendix mandata servare proponentem, rectè diceret, sed Manuductioni, cui consentiret, malè contradiceret.

§. V.

Appendix recenter conversis præbet fomentum ignavia, eosquè relabendi periculis mirè exponit.

Sed quantum capio, aliud vult, sufficere nempè propositum quod fit à nonnullis qui sic servare mandata proponunt, ut tamen ad id exequendum nimium eis sit multum laborare aut sollicitum esse. Hoc si sentit; multum fallitur, & plurimis noxium præbet ignaviæ fomentum. Ejusmodi propositi insufficienciam omne vulgus agnoscit in iis, qui dum artem aliquam addiscere desiderant, ignavi tamen necessarium laborem omitunt subire. Hinc meritò ejusmodi tanquam reproborum taxat justæ vitæ propositum

nten-
asserit
endit
l pec-
& de
Cu-
tum?
o ha-
quo-
cessa-
c me-
angu-
ra sua
e car-
iscen-
scan-
nobis
citum
mentis
rego-
n sem-
psum
s habe-
n ame-
a & ad
so nos
us: ne-
m am-
studia
cæleste